

2033

LITURGICI.

2034

Sacrificio Missae inscribitur hoc Opusculum in edit. *Opp. Lugd.* 1651. f. T. XXI. cujus hic tantummodo habetur Compendium, quod, si modo novit, tacere non debuisset Librarius.

Fol. 22. p. 2. Incipit primus tractatus secunde partis missae. Noli credere. In *Edit. cit.* Librum de *Sacrificio Missae* excipit Liber de *Eucharistia*, atque ex hoc Libro sumta sunt, quae hic sequuntur, Excerpta, quae Compilatori placuit inscribere *Differentias*. Ineunt porro a *Distinct. I. c. 2, n. 2.* de Bonitate Dei.

Fol. 62. succedit *Pentasemonum. I.* in illud *Lucae 5.* *Hic peccatores recipit.* Collatio Peccatoris in gratiam recepti cum Homine in Ordinem religiosum cooptato. *II.* in illud *Luc. 7.* *Deus visitavit plebem suam.* Christus in mundum missus comparatus cum Legato Pontificio. *III.* in illud *Rom. 12.* *Multi unum corpus sumus &c.* Varia Hominum genera cum variis Corporis membris contenduntur. *IV.* in illud *Luc. 19.* *Hodie salus huic domui facta est.* De Dedicatione Templi, incipiens: *Quamdiu homo in hac vita est, peccator est, &c.* *V.* in illud *Exod. 28.* *Septem diebus expiabitur altare &c.* De Consecratione Altaris, incipiens: *Quia deus est sanctus, ideo vult habere omnia sancta &c.*

DCCCXXVII.

R. 2070 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 197. f. max. per duas

columnas magnifice exaratus, minioque distinctus complectitur *Libros IV. priores Rationalis Divinorum Officiorum Guil.* *Duranti* germanice redditi a. 1384: et inscripti *Alberto III. Austriae* Duci dicto cum *Trica.* Versionis hujus *Αυτογραφον* dedimus *Vol. I. P. 3. col. 2875.* cui cum praefens *Αυτογραφον* exacte respondeat, miniatam solum Clausulam ejus hic adscribam: *Hie habent ein ende die ersten vir pücher des Racionals. die getzewgt vnd tzu wegen prächt hat der Erber beschayden man, Chunrat der Rampperstorffer. die tzeit des Rates der Stat ze Wienn vnd amptman des Chlosters ze Nemburg Seiner sel ze hayl. vnd zu trost vnd zu pezzerung allen den die sew hörn oder lesen Wann ez ist ein seligew vnd hailsame chürzweil lesen die heylig geschrift. Wann wer da pet der redt mit got. Aber wer die heilig schrift list mit dem redt got. Vnd darumb han Ich Johannes Albrand. von Suntra (Sontra infer. Hassiae) dazselbig puch volbracht. Da man czalt nach Christes gepurt Virzebenhundert Jar vnd in dem andern Jar An Sand peters tag des heyligen zwelfspoten als er von dem Engel gelöst wart auz den Eysnein panden vnd auz dem karcher von dem gewalt des wütreich herodis.*

DCCCXXVIII.

Pars altera Folior. 265. poste. R. 2071 *riores IV. Libros* continet brevior hac miniata Clausula: *Also hat daz puch ein ende daz erczewgt hat*

2035

C O D I C E S

2036

bat Chunrad der Rampperstorffer Purger ze wienn nach Christes gepurt. M^o CCCC^o secundo. Tò getzewgt, erczewgt in utraque Claufula innuit, Exemplar istud iussu et impensa Conradi Rampperstorfferi descriptum fuisse, qui Vir luctuosum exitum invenit; sexennio enim post ferventibus inter Duces Leopoldum et Ernestum fratres diffidiis, motu populari apud Leopoldum reus actus una cum Consule Conrado Vorlauff et aliis quinque capite plexus est 10. Jul. 1408.

DCCCXXIX.

U. 156 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 236. f. per duas columnas nitide exaratus et rubricis distinctus, sed sub principium et finem situ et mucore non parum passus complectitur: I. Opus de Officio Missae II. Partibus seu Libris constans, cujus Praefatio incipit: *Venerabiles patres et domini cogitanti mihi — — quid laboris quidve utilitatis pro felici incremento nouvelle plantationis illustrium principum dominorum Marchionum Misnensium videlicet alme nostre uniuerſitatis Llypcensis facere possem &c.* Liber vero I. *Ad honorem benedictae et indiuiduae trinitatis patris videlicet et filij et spiritus sancti, sanctorumque patronorum huius dyocesis (Merseburg.) scilicet sancti Iohannis baptiste et sancti Laurencij martiris pro felici incremento alme uniuerſitatis lipcensis aggressurus — declarationem sacratissime missae &c.* Atque haec *Declaratio* abit in II.

Libros, Libri in Tractatus, et hi in Capita. Liber I. agit de quibusdam precedentibus et disponentibus ad dominici corporis dignam tractationem et sumptionem et de ipso sacramento corporis christi secundum se in ipsa missa. Liber II. de Missae parte preparatoria, instructoria et oblatoria. Uniuersa tractatio, quae solidum et doctum Theologum probat, melioribusque Scriptis liturgicis adnumerari potest, finit: *a laude quoque terminemus ut in eternum laudemus eum, qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.* Addidit Librarius: *Et sic est finis huius officij missae compilatum per Reuerendum magistrum Nicolaum Stör In Studio lypcensi Sub Anno domini Millesimo CCCCXVIII^o.* Academia Lipsiensis natalem habet annum 1409. et Nicolaus noster inter primos ejus Plantatores fuisse videtur. Meminit ejus *Conr. Wimpina Oratione* inter editas VII. p. 24. f. habita Lipsiae 1503. his verbis inter Doctores Acad. illustres: *Fuit Nicolaus ille Stoer Lignizensis, qui amplo uolumine Canonem missae digesserit.* Meminit et J. Henr. Cunradus Silesiae Togatae p. 298. annoque 1411. floruisse ait; addit tamen perperam, ut probat Codex noster, Opus suum de Missa scripsisse an. 1467. errorem Bibliothecae Gesfn. secutus. Exemplar Operis aliud ms. extare in Bibliotheca Acad. Lips. docet J. Felleri Catalogus p. 189.

II. fol. 95. et usque ad finem habentur magno numero Sermones bre-